



**Missale Romanum nuper impressum cu[m] o[mn]ibus alijs
missis**

Venetijs, 27. Okt. 1501

Sabbato. Statio ad s[anctu]m nocholau[m]. Jntroit[us].

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70304](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70304)

ad mariā z marthā: z viderāt que fecit iesus: crediderūt in eum. **Offit.** Populam humilē salū facies dñe: z oculos supborum humiliabis: quoniam quis deus preter te domine. **Secre.**

Minera nos domine q̄ sum⁹ oblata purificēt: z te nobis iugiter faciāt eē placatū. **Per. A. Dio.** Videns dñs fr̄es sorores lazari ad monumētum: lachrymatus est coram iudeis: z clamabat lazare veni foras: z prodijt ligatis manibus et pedibus: qui fuerat quadriduanus mortuus. **Postcōi.**

Nec nos q̄s dñe participatio facti: z a pprijs reatib⁹ indefinēter expediat: z ab oibus tueat aduersis. **Per. Su**

Deus: vt qui infirmitatis nostre conscij: de tua v̄tute p̄fidimus: sub tua semper pietate gaudeam⁹. **Per. Sabba**

to. Statio ad sctm nicholaū.



Sitientes **Introitus** venite ad aquas: dicit dñs: z qui nō habetis preciaz: venite z bibite cū leticia. **Ps.** Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem vestrā in verba oris

mei. **V. Gloria. Oratio.** **F**at dñe q̄s per gratiaz tuam fructuosus nr̄e deuoti-

onis affectus: qz tūc nobis p̄derunt suscepta ieiunia: si tua sint placata pietate. **Ps. Laus**

Hesaię pp̄be. **liij. caplo.** **H**ec dicit dñs: In tēpore placito exaudiui te: z i die salutis auxiliatus sū tui. Et seruaui te: z dedi te in sedus populi: vt suscitares terrā: z possideres hereditates dissipatas vt diceres his qui vincti sunt exite: z his qui in tenebris sūt reuelamini. Sup vias pascetur: z in oibus planis pascua eoz. Nō esuriēt neqz sitient: z nō percutiet eos estus z sol qz miserator eoz reget eos: et ad fontes aquaz potabit eos z ponaz oēs montes meos in viā: z semite mee exaltabunt. Ecce isti de longe venient: et ecce illi ab aquilone z mari: z isti de terra australi. Lauda te celi: z exultet terra: iubilate mōtes laudē: qz cōsolatus est dñs pplm suū: z pauperū suorum miserebit. Et dixit syon derelict me dñs: z dñs oblitus est mei. Nunqd obliuisci potest mulier infantē suū: vt nō misereatur filio vteri sui. Et si illa oblita fuerit: ego tñ non obliuiscar tui. **Dicit dñs ops. Grad.** Tibi dñe derelictus est pauper: pupillo tu eris adiutor. **V.** Ut qd dñe recessisti lōge

despicias i opportunitatib⁹ in tri-
bulatione: dum superbit impius
incēditur pauper. **Scdm ioan**

In illo **nem. viij. capto.**
tpe: Dicebat iesus turb⁹
iudeoz: Ego sum lux mudi.
Qui sequit me: non ambulat
in tenebris: sed habebit lumē
vite. Dixerunt ergo ei phari-
sei: Tu de teipso testimoniu⁹
perhibes: testimoniū tuū non
est verū. Respōdit iesus: et di-
xit eis: Et si ego testimonium
perhibeo de meipso: verū est
testimoniū meū: qz scio vnde
veni: et quo vado. Vos autē
nescitis vnde venio: aut quo
vado. Vos sm carnē iudica-
tis: ego non iudico quēqz. Et
si ego iudico: iudiciū meū ve-
rū est: qz solus nō sū: sed ego et
qui misit me pater. Et in lege
vestra scriptū est: qz duoz ho-
minū testimoniū verū ē. Ego
sū q testimoniū perhibeo de
meipso: et testimoniū phibet
de me q misit me pater. Dice-
bāt ergo ei: Ubi est pater tu⁹?
Rñdit iesus. Neqz me scitis
neqz p̄ez meū. Si me sciretis
forsitan et p̄em meū sciretis.
Nec v̄ba locut⁹ est iesus in ga-
zophilatio docēs in tēplo. Et
nemo apphēdit eū: qz nō duz
venerat hora eius. **Offic.** Sa-
ctus est dñs firmamētū meum et

refugiū meum: et liberator meus.
O sperabo in euz. **Secreta.**

O Blatiōibus nr̄is q̄s dñe
placare suscep̄tis: et ad te no-
stras etiā rebelles cōpelle p̄-
pitius volūtates. **Per. Colo:**
Dñs regit me: et nihil mihi de-
erit in loco pascue: ibi me collo-
cauit: sup aquā refectiōis educa-

Tua nos **Postcō.** vit me.
dñe q̄s facta purificēt: et
opationis sue remedio tibi fa-
ciāt esse placatos. **Per. Sup**

O Eus q sperā **pp̄z oio**
tibus in te misereri po-
tius eligis q̄z irasci: da nobis
digne flere mala que fecim⁹:
vt tue p̄solatiōis gr̄am inue-
nire valeamus. **Per. Unica**
de passioe. Statio ad sanctū

petrum Introitus

Iudica me deus: et di-
scerne causas meā de
gente nō scā ab hoīe
iniquo et doloso eripe me: qz tu
es de⁹ me⁹ et fortitudo mea. **Ps.**
Emitte lucē tuā et veritatē tuā:
ipsa me deduxerunt: et adduxe-
runt in mōtē sanctū tuū: et in ta-
bernacula tua. **V.** Gloria patri.
non dicit ad introitū vsqz ad
pasccha: nisi in missa d festo: si
occurrerit s̄ finito psalmo ab
solute reincipit introit⁹ Dio

O Uesumus ops deus: sa-
miliā tuā pp̄iti⁹ respice